

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

Sacramentvm Baptismi: Qvomodo De eo paterfamilias suam familiam
simplicissimè docere debeat.


urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

vt tandem, cùm hora mortis venerit, felicem vitam nobis largiatur, nosq; pro sua gratuita bonitate ex hac misericordia valle ad se in cœlum recipiat.

AMEN.

Quae est huius vocabulus significatio?

AMEN significat idem, quod, certè, ut scilicet egim certus, eiusmodi petitiones Patri nostro cœlesti esse acceptas atq; ab eo exauditas. Quia ipse nobis mandauit, ut ad hunc modum oremus, promisiq; nos exauditurum esse, Amen, Amen, id est, verè, certe, hæc ita fient.



SACRAMENTVM BAPTISMI: QVOMODO DE eo paterfamilias suam familiam sim- plicissime docere de- beat.

P R I M U M.

Quid est Baptismus? Responso,

Baptismus non est simpliciter aqua, sed est aqua diuinio mandato comprehensa, & verbo Dei obsignata.

Quod est illud Verbum Dei? Responso.

Vbi Dominus noster Iesus Christus dicit, Mattheu vltimo: Euntes docete omnes gentes, Baptisantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

S E C V N D U M.

Quid præstat aut confert Baptismus?

R E S P O N S I O.

Operatur remissionem peccatorū, liberat à mon-

& à Di-

& a Diabolo, & donat æternam beatitudinem omnibus, & singulis, qui credunt hoc, quod verba & promissiones diuinæ pollicentur.

Qua/unt illa Verba & promissiones diuinæ?

R E S P O N S I O.

Vbi Dominus noster IESUS CHRISTUS dicit,
Marci vltimo :

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur.

T E R T I U M.

Qui potest aquam magnas res efficere?

R E S P O N S I O.

Aqua certè tantas res non efficit, Sed verbum Dei, quod in & cum aqua est, & fides, quæ verbo Dei aquæ addito credit. Quia aqua sine verbo Dei est simpliciter aqua, & non est Baptismus. Sed addito Verbo Dei est Baptismus, hoc est, salutaris aquæ gratiæ & vitæ, & lauacrum regenerationis in Spiritu sancto, sicut Paulus ait ad Tit. 3. Secundum tuam misericordiam nos saluos fecit, per lauacrum regenerationis ac renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos opulenter, per Iesum Christum salvatorem nostrum, ut iustificati illius gratia, heredes efficeremur iuxta spem vitæ æternæ. Fidelis hic sermo est.

Q V A R T U M.

Quid autem significat ista in aquam immersio?

R E S P O N S I O.

Significat, quod vetus Adam, qui adhuc in nobis est, subinde per quotidianam mortificationem ac pœni-

A a g

Sentiam

tentiam in nobis submergi & extingui debeat, nam omnibus peccatis & malis concupiscentijs, atq[ue] suis quotidie emergere ac resurgere nouus homo, q[ui] in iustitia & puritate coram Deo vinat in eternum.

Vbi hoc scriptum est? Responso.

Sanctus Paulus ad Roman. 6. dicit: Sepulti sumus vna cum Christo, per Baptismum in morte ut quemadmodum excitatus est Christus ex morte per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vita amblemus.

DE CONFESSIONE QVOMODO SIMPLICIORES de ea erudiendi sint.

Quid est Confessio? Responso.

CONFESSIO duo comprehendit, vnum est peccata confiteri: alterum est absolutionem sicut missionem a Confessionario sive praecone Euangelij accipere, tanquam ab ipso Deo, & non dubitare sed firmiter credere, peccata per illam absolutionem coram Deo in celo remissa esse.

Qua peccata sunt confitenda? Responso.

CORAM Deo omnium peccatorum reos nos sicut debemus, etiam eorum, quae nobis sunt abscondita, sicut in oratione Dominica facimus. CORAM ministro autem debemus tantum ea peccata confiteri, quae nobis cognita sunt, & quae in corde sentimus.

Quanam sunt ista? Responso.

HIC vnuquisque examinet vitæ suæ statum secundum decalogum, auctor: pater, mater, filius, dominus

*N.B. hanc verba
manifeste contra
scripturam, q[ui] p[ro]p[ter]e
b[ea]tissimam leguntur.*